

eadem coniunctione Solem deliquium passurum pertimescebatur propter locum ipsius congressus amborum luminarium ualde propinquum Caudæ draconis, super quo ulteriori indagine tabulæ consultantur eclipsium. Eritq; Embolismalis in diebus Octobris ex prærecitatibus rationibus. Pro aspectibus autem Solis & Lunæ medijs. Adde cuiuslibet coniunctioni mediæ, tempus & motus tui aspectus ex subannexa tabula, quodlibet suo generi, & proueniet tempus & motus tui aspectus.

Tabula aspectuum mediorum Solis & Lunæ.

	Tempus	Motus Solis	Arg. med. ☽	G.	
					d h m se.
Pro	* } finis	4 22 7 20	0 4 51 3	2 4 18 9	* } 60 □ } 90 Δ } 120 Δ } 240 □ } 270 * } 300
		7 9 11 10	0 7 16 36	3 6 27 15	
	□ } stro	9 20 14 41	0 9 42 7	4 8 36 20	
		19 16 29 22	0 19 24 15	8 17 12 40	
	Δ } de-	22 3 33 20	0 21 49 48	9 19 21 45	
		24 14 36 42	0 24 15 20	10 21 30 50	

Planetarum inter se coniunctiones inuenire. Pro, XXIII.

Considera diem coniunctioni optatæ uiciniorē per æstimationem rationabilem, secundum quod poteris perpendere ipsorum uera loca in meridie, & quære uera eorum loca ad meridiem eiusdem diei, quæ si conuenerint in sig. gra. mi. erit eodem tempore uera ipsorum coniunctio, quod si discordauerint in signis &c. auferatur minor de maiore & relictum erit longitudo qua distat inter se, quæ tamē illi ascribitur planetæ, cuius motus maior erat, quā serua ad partē. Deinde inquire motus eorundē ad meridiem diei immediate sequentis, & præcedentes de sequentibus ab hęc, & remanebit diurnus utriusq;. Considera quoq;, utrum ambo sint directi, iaut ambo retrogradi, uel unus eorum directus, & alter retrogradus. Si ambo directi aut retrogradi, tunc subtrahe diurnum tardioris de diurno uelocioris, & relinquitur superatio, quam serua. Reduc deinceps præseruatam longitudinem ad unam denominationem. Reduc etiam superationem præfatam ad denominationem eandem in qua iacet ipsa longitudo. Quo factio longitudinem diuide per superationem si potes, & in quotiente uenient dies. Et si aliquid remanserit de diuidendo, illud multiplica per 24, & productum diuide per id quod prius, & in quotiente exhibunt horæ. Relictum uero si aliquid remanserit, per 60 multiplicetur, diuidaturq; productum per id quod prius, & habebis in quotiente minuta, & sic procedas ultra quo usq; placuerit. Quo expedito, tempus ex diuisione emersum, adde tempori ad quod planetas tuos æqualisti, si tardior præcedit uelociorem, tunc etenim coniunctio eorum futura est, aut subtrahe à prædicto tempore, si uelocior planeta antecedit tardiolem, quæ tali casu coniunctio uera præterita est, et quod post additionem colligitur, aut facta subtractione relinquitur, erit tempus ueræ coniunctionis. Et opera